ut somnium sic per te iter agendum est. Tam sollicite tamen caute ut viatorum more ad veram patriam omnibus intelligentibus festinandum sit. De transacto securus. de eo quod restat sollicitus. ~~[illegible]~~ Nihil enim tibi prodest ascendere quod ascenderis nisi quod restat etiam a[scendas] / via enim et ~~[illegible]~~ ascensus quidem portandus est vita haec ||

(107r) non quaeramus in via quod in patria futura est. Labor enim et fatigatio in itinere versatur. In patria requies et securitas paratur. Cavendum est itaque nobis ne forte per viam secuti simus et ad veram patriam nostram non perveniamus. Sunt enim re vera non nulli in hoc itinere ita securi ut non tam in via quam in patria esse videantur. Et non tam inviti quam voluntarii eunt ad patriam. Nimirum iam perditam. Hic enim in via per vis sunt patria. [illegible] et de brevi (videl. a. ker.) vita aeterna morti sunt mercati infelices. de frustrato commercio laeti sunt. Aliena caduca dilexerunt et propria aeterna neglexerunt. Quapropter quamvis sint (es steht sint Kazstellen) laeta. quamvis blanda. quamvis sint speciosa. aliena terrena despiciamus. ut propria aeterna non perdamus. fideles in alienis inveniamur. ut in propriis et in nostris heredes efficiamur. Donante domino nostro ihu xpo cui est honor et gta virtus et potestas. una cum patre et spu sco in secula seculorum.

Amen.

| Descripsi: 5. VIII. 38.